



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

3. Ad restitutionem quis tenetur de iure poli: licet secus de iure ciuili: &
nume. 6. 15. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

bis quis de iure poli tenetur ad restitutionem:
licet videatur secus de iure ciuili.

- 3 † Primus est, quando dominus suo seruo
promisit: quia non tenetur de iure ciuili: vt l.
naturaliter. ff. de cōdiēt. indeb. l. quod attinet.
ff. de reg. iur. l. interpositas C. de trāsact. tamen
secus est de iure diuino: quo tenetur haeres il-
lud soluere: secundum Inno. in d. c. pleriq. &
ratio secundum Abbatē Siculum ibi est: quia
licet non adsistat ius ciuile illi obligationi:
tamen adsistet ius canonicum, quod fouet illud
promissum ex sufficienti causa: vt c. 1. & 2.
4 de pactis. cūm Deus † non faciat differentiam
inter simplicem loquelam, & iuramentū. bene
facit ad hoc quod not. in c. 1. de poenis. lib. 6. Et
idem quod dixi de promissione facta per domi-
num seruo, potest dici: secundum Abbatem
5 de promissione † facta per Abbatem mona-
cho alleg. l. non ideò. de noua. Inno. in c. insinu-
ante qui cle. vel vouen. & no. per Io. An. in c.
cum singula. de prāben. li. 6. & in c. nō est ob-
ligatoriū. de reg. iur. eo. lib. Et idem ego puto de
promissione facta per patrē filio: vt not. in l.
frater à fratre ff. de cōdiēt. indeb. et l. patris et
filiū